





1799, 39 <sup>3</sup>

MEMORIAM  
VIRI  
QVONDAM GENEROSISSIMI  
ET  
LITTERATISSIMI  
CAROLI FRIDERICI  
KREGELII DE STERNBACH  
IN  
AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM  
D. XVIII. IVL. A. C. MDCCC.  
HORA IX.  
SOLENNI ORATIONE  
RECOLENDAM  
INDICVNT  
ORDINARIVS  
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES  
FACVLTATIS IVRIDICAE  
LIPSIENSIS.

---

IN EST  
*Responfor. Iur. Cl.*

MEMORIA M

VIRI

QUONDAM GENEROSISSIMI

LITTERATISSIMI

CAROLI FRIDERICI

KREGLII DE STERNBACH

IN

AUDITORIO VIRI CONSULTORVM

DA XVII IULII A. C. MDCCCLX

HORA IX

SOLENNI ORATIONE

RECENSITA

IN

ORDINARIIS

SENIOR ET REGIUM ASSESSORIBUS

FAKULTATIS IURIDICAE

FRIBURGENSIS

IN

RESPONDIT HIC ET

RESPONS. CL

*Lex Judiciaria in Ordinat. Recogn. Tit. 36. §. 5. in fin.  
ut, qui iurandum calumn. et relatum iurauerit, ei  
impensae processus restituantur, patitur  
exceptionem.*

**N**ihil magis indignum ICto vnquam existimaui, opinione,  
quam non paucis alta mente repostam expertus fui, no-  
strum esse, vt in verba legum, inprimis domesticarum, quasi  
jurare videamur, nullamque, nisi ab ipso legislatore diferte  
probatam, admittamus exceptionem. Esse enim ab ipsa lege  
non distinguente distinguendi veniam ICto praeclusam.

Quam qui fouent sententiam, et prae se ferre non eru-  
bescunt, Diuini praecepti, Deo magis, quam homini obse-  
quendum esse, immemores, scribis se immiscent, honorificam  
ICti prouinciam deserentes, cuius est, praeter legum verba,  
rationem et vim earum scire; nosse, leges generaliter, non in  
singulas personas constitui; adeoque, vt voluntas conferue-  
tur, benignius interpretandas esse; nosse denique, in fraudem  
legis facere, qui, saluis verbis legis, sententiam ejus circumue-  
niunt, l. §. 17. 18. 29. D. d. LL. Ex quibus praeceptis jure meo inferre

mihī videor, in ipsum Principem injurios esse, qui sententiam a ratione, vel aequitate manifesta, alienam ei affingere non dubitant. Talia enim Princeps ne velle quidem posse existimandus est.

Quae quum ita sint, consequitur, constitutionem in l. §. 5. Tit. 36. obuiam, videlicet impensas processus ei restituendas esse, qui jurejurando calumniae et relato a se praestito vicerit, non crude arripiendam, potius tum solum admittendam esse, si aduersario ob negationem litis protrahendae libido imputari patiatur. Siue, ut apertius loquar, si res, vel causa litigiosa actori et reo aequae cognita et perspecta sit.

Est enim non tralatitium solum, sed firmissimis etiam rationibus munitum, a paucis frustra impugnatum, perpetuo potius et constante dicasteriorum consensu firmatum, non nisi temere litigantium poenam esse sumtum processus restitutionem. Quam, dum poenae loco habetur, et recte habetur, profecto iniquissime irrogaueris, quibus vicio verti nil potest. Hos igitur constitutione sua comprehendere voluisse legislatorem, impium esset cogitare.

Igitur quoties, quae ab actore proferuntur, reus, vel quae a reo excipiuntur, actor jure suo ignorant, et quis nesciat, facta aliena impune ignorari, quis alterutrum negando peccasse existimauerit. Et si jure suo vterque negat, quis oblati jurisjurandi relationem exprobrauerit, vt potius hanc, si non aduersarium omnes nebulonem norint, ipsa religio imperare vide-

videatur. Profecto conscientiae suae longe rectius et curiosius consulit, qui jurandi copiam adversario facit, prae eo, qui nullis argumentis adjutus, jurejurando suo confirmat, se credere, ab aduersario prolata vera non esse.

Lites ejusmodi contra haeredes frequentissima obveniunt, ut vel defunctum sibi debere contendant, vel, quod ipsi debuerint, solum, et chirographum non redditum esse. Quibus petitionibus si credulas aures haeredes praebent, non defuturi essent perditum et eiusmodi acquisitionibus callide intenti homines, qui breui opimas haereditates exhaurirent.

Nobis tale exemplum a iudice pagi, cui nomen est Ostrau, his ipsis diebus obijciebatur. Titius ex chirographo in Caji haereditate inuento condemnatus, ut, quam se mutuum accepisse falsus fuerit, pecuniam haeredibus solueret, hos reconueniendo professus fuerat, se nummos Titio dudum reddidisse, et in ejus asseueratione, perditum esse chirographum, acquiescisse, utque veram esse hanc narrationem probaret, jurandi conditionem haeredibus obtulerat. Quam quum hi Cajo retulissent, sententia iussi fuerant, ut Cajo, si jusjurandum calumniae et relatum praestiterit, chirographum, et, si quam extorserint, pecuniam redderent, simulque expensas in conventionem erogatas restituerent.

Quam quidem haeredes Titii, expensarum restitutionem quod atinet, aegre ferentes, leuatione usi fuerant, eaque effecerant, ut haec res nostrae committeretur cognitioni.

Quod si quis forte ad sustinendum decretum hoc argu-  
mento utatur, si lis illa ipsum Titium et Cajum intercessisset,  
eodemque modo exiisset, neminem fuisse dubitaturum, quin  
Titius ad impensas utriusque Processus, conventionis et recon-  
ventionis ferendas obligatus fuerit. In jure non esse alienum,  
ut mala fides defuncti simul ejus haeredi noceat. Euincere  
hoc naturam usucapionis, siquidem haeredi rem cum haeredi-  
tate occupatam, a defuncto vel injuste, vel certe non animo do-  
minii possessam, usucapere non liceat. Nihilque adeo impe-  
dire, quo minus haeres impensas processus ferat, quibus de-  
functi mala fides causam dedit.

Concederem huic ratiocinio, si non diversitas causarum  
obstaret. Negata usucapiendi conditio est jactura civilis, quam  
jure operatur nexus hereditarius, dum eandem cum defuncto  
haeres personam constituit. Contra processualium expensa-  
rum restitutio est poena temere litigantium. Poenas vero  
scimus personas delinquentes non egredi, non in haeredes  
eorum transire. Taceo, sibi ipsi judicem non constituisse,  
siquidem expensas conventionis restitui voluit, et in recon-  
ventionem erogatas, quarum alia ratio esse non potest, silentio  
praeteriit, earumque adeo tacite compensationem probavit.  
Taceo denique, singulas propositiones d. §. 5. et §. 8. Tit. V.  
comprehensas eo omnes collineare, ut litigantium caullationes  
coerceant, certissimo argumento, hujus malitiae infontes le-  
gislatorem haud voluisse.

Adeoque non dubitauimus hanc ferre sententiam: *Nun-  
mehro, was die 3te Beschwerde betrifft, in Erwägung, daß Erben,  
welche*



welche von allen ihres Erblassers Geschäften Wissenschaft nicht haben, wenn sie aus einer im Nachlasse aufgefundenen Schuldverschreibung klagbar werden, unthätige Streitsucht, als der alleinige Grund der Kosten-Erstattung, nicht beygemessen werden mag, aus den Akten so viel zu befinden, daß Wiederbeklagte die in der Convention verursachten Unkosten Wiederklägern, wenn er den ihm nachgelassenen Eyd leistet, zu erstatten nicht schuldig; sondern es sind selbige gegen einander aufzuheben. V. R. W.

Transeo ad Panegyrim, quae opportunitatem praebuit his meditationibus publice profitendis. Rediit nimirum hoc anno stipendium, quod Viro quondam litteratissimo,

CAROLO FRIDERICO KREGELIO  
DE STERNBACH

praeter insignia alia beneficia, academia nostra debet, et quod ante hos octo annos vberius exposui, ad nostrae scientiae studiosos. Idemque ex lege a testatore scripta cessit Joh. Frid. Seyffarto, Zizenf. et Joh. Aug. Frid. Diedemanno, Lipf. siquidem vterque, praeuio serutinio, prae reliquis inprimis eodignus nobis fuit visus. Ex his prior d. XVIII. Jul. quippe testatoris emortuali, grati animi sensum, praeuia oratione de *civilis societatis commodis*, exponere studebit.

RECTOREM igitur MAGNIFICVM, ILLUSTRISSIMOS COMITES, PROCERES VTRIVSQUE REIPUBLICAE SPECTATISSIMOS, Generosissimosque ac nobilissimos Commilitones obseruantissime  
roga-

*W. W. W.*

rogamus, benevolentia sua et frequentia oratorem iuare,  
aliosque ad similia beneficiorum genera inuitare velint.

Scribeb. Lips. Domin. VIII. post Fest. SS. Trinit. A. C.  
MDCCIC.

EX OFFICINA SAALBACHIA.



RECTOREM ILLUM MAGNIFICUM ILLU-  
STRISSIMOS COMITES PROCERES VTRIVS  
QUE REIPUBLICAE SPECTATISSIMOS GENE-  
ralissimos ac nobilissimos Committentes obsecramus

ULB Halle

3

003 084 051




*Slb.*

*Vd 18*







1799, 39 <sup>3</sup>

MEMORIAM  
VIRI  
QVONDAM GENEROSISSIMI  
ET  
LITTERATISSIMI  
CAROLI FRIDERICI  
KREGELII DE STERNBACH  
IN  
AVDITORIO IVRISCONSULTORVM  
D. XVIII. IVL. A. C. MDCCIC.  
HORA IX.  
SOLENNI ORATIONE  
RECOLENDAM  
INDICVNT  
ORDINARIVS  
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES  
FACVLTATIS IVRIDICAE  
LIPSIENSIS.

---

INEST  
*Responsor. Iur. CI.*